



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

140. An si quis coiens homine, & supercubans sicuti super mulierem,
teneatur aperire hanc circumstantiam, si tantum se polluat; vel satis sit
dicere in confessione, tactu alterius mollitiem commisi, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

habui copulam sodomiticam cum affine, vel consanguineo. Et hanc sententiam me citato, tanquam probabilem admittit Machadus *tom. 1. lib. 2. part. 3. tractat. 17. document. 8. num. 3.* ubi sic ait; *La segunda cuestion es si este pecado de sodomia cometido entre los parientes de primero, segundo, i demas grados tenga especie diferente de malicia tal; que se deua declarar en la confesion? Cayetano, i otros son de parecer, que en todos los grados de parentesco prohibidos muda la especie por la especial deformidad, i malicia que les añade la reuerencia deuuda à los parientes. Otros dicen, que esta doctrina solamente ha lugar en el primero, i segundo grado, mas no en los demas. No obstante, que es probable, que ni en vnos, ni otros grados muda la especie, aunque verdaderamente agraua el pecado, i tanto mas, quanto mas cercano fuere el grado. Ita ille.*

6. Et nota, quod etiam me citato Pater Auerfa de Sacramento Penitent. *questione decima, sect. 9.* eam personarum coniunctionem, quæ constituit incestum in copula naturali, constituere etiam in copula innaturali. Sed probabiliter incestus in copula naturali, etiam in primo, & secundo gradu, non differunt specie: ergo neque in copula sodomitica; fateor tamen affirmatiuam sententiam, quam tuerit Eminentissimus Cardinalis Lugo de Sacramento Penitent. *disputat. 6. sect. 6. §. 2. Fagundez in Decal. tom. 2. libr. 6. capit. 6. numero vigesimo primo, cum sequent. & alij, esse communem, & probabiliozem; contraria tamen non caret probabilitate: Vnde me citato, Trullench in Decalog. tom. 2. libr. 6. capit. 1. dub. 6. num. 5.* sic ait: Si autem quis primam sequi voluerit sententiam, quam præter citatos tenet Diana, *part. 1. tractat. de circumstantiis, resolut. 31.* videlicet omnes incestus esse eiusdem speciei, & esse inter consanguineos, vel affines, aut in tali aut tali gradu solum esse circumstantiam aggravantem, solum tenetur explicare se commisisse incestum, & non tenetur explicare an fuerit cum matre, sorore, filia, consobrina, aut nepte, aut cum consobrina uxoris, quia sequitur opinionem probabilem, cum etiam sit valde probabile circumstantias aggravantes; non esse necessariò explicandas. Ita Trullench; quod etiam me citato docet nouissime Mazuchellus *tract. de castrefeu, disput. 2. cap. 4. num. 28. & cap. 2. 2. num. 23.* in terminis casus nostri, asserit, teneri penitentem in confessione dicere se commisisse sodomiam cum consanguineo, aut affine, non tamen teneri ad explicationem gradus.

Que hic est
su. Rel. 107
& in omni-
bus aliis Ref.
& §§. eius
not.

RESOL. CXXXIX.

An qui copulam sodomiticam habet cum baptizato à se, vel cum eo, quem leuauit ex Baptismo, teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare?

Et quid est dicendum, si actus sodomiticus est commissus cum filio adoptato, vel adoptata, vel si quis coeet cum aliquo, & postea coeet cum fratre illius? Ex part. 7. tract. 12. & Misc. 3. Ref. 17. aliàs 15.

Sup. conten-
tis in hoc §.
decepta dif-
fic. vlt. quæ
est nor. seq.
suprà in Ref.
107. s. vlt. à
lin. 6. à vers.
idem.

§. 1. Negatiuè responderet Azorius *tom. 3. lib. 2. capit. 18. quest. 4.* ubi sic ait: Queritur an coitus sodomitici inter cognatos, qui solum sunt Lege humana positua Ecclesiastica, vel Ciuili, addant etiam specialem malitiam, eò quod sint perpetrati cum iis, qui sunt cognati cognitione spirituali, vel legali? Respondeo, non addere; quia nulla extat specialis Lex, quæ eos coitus cohibeat præter legem naturalem in genere prohibentem sodomiticum peccatum: v. g. si quis coeet cum eo, quem

baptizauit, vel ex Baptismo leuauit. Item, si quis coeet cum eo, quem in filium adoptauit, vel arrogauit. Item, si quis coeet cum aliquo, & postea coeet cum fratre illius. Ita Azorius.

2. Sed, his non obstantibus, affirmatiuè sententia adhæret Dicastillus *de iustit. lib. 1. disputat. 3. dub. 18. num. 300.* Nam eo ipso quod lex humana positua constituit huiusmodi cognitionem spiritualem, vel legalem, inde quasi naturaliter relinquitur, vt contra rectam rationem sit non seruare erga prædictas personas debitam reuerentiam, & pietatem, & quidem non video cur baptizans, verbi gratia fecimam, si accedat ad illam copulam naturalem, peccet contra reuerentiam illi debitam; tanquam spiritualiter cognata, vt omnes fatentur, & non peccet, si accedat sodomiticè ad baptizatum à se. Quod enim dicitur de lege positua inducente talem cognitionem, quæ solum se extendit ad inducenda impedimenta Matrimonij, potius probat nostram sententiam, tale enim impedimentum inductum, imponit quasi prioritate naturæ cognitionem spiritualem, vel legalem; si enim scholastico more loquamur, non idèd sunt tales cognationes, quia sunt talia impedimenta, sed potius talia impedimenta sunt quia sunt tales cognationes; nec etiam est formaliter idem, esse impedimenta à lege inducta & esse cognationes inductas à lege, vt videre est inter Sacerdotem baptizantem, & masculum baptizatum, inter quos est cognatio lege positua inducta; & tamen non est impedimentum lege positua inductum; ridiculum enim esset dicere, quod lex positua induxerit impedimentum Matrimonij inter virum, & virum. Idem constat inter Patrum leuantem, & masculum leuantem ex facto fonte: Ergo distinctum quid sunt, cognatio, & impedimentum inde resultans. Itaque posita illa cognatione iure naturæ exigit reuerentia, & pietas, contra quam fiet in luxurioso congressu, & non minus in sodomitico, quam in naturali.

3. His tamen non obstantibus, puto sententiam Azorij esse probabilem quam nouissime tuerit Mazuchellus *tractat. de cast. referu. disputat. 2. capit. 23. numero vigesimo quinto*, quod multò magis dicendum est si actus sodomiticus fuisset commissus cum filio adoptato, vel adoptata. Dicendum est igitur probabiliter committentem sodomiam cum personâ coniuncta cognatione spirituali, non teneri circumstantiam personæ aperire.

RESOL. CXL.

An si quis coeens cum homine, & supercubans, fuerit super mulierem, teneatur aperire hanc circumstantiam, si tantum se polluat, vel satis sit dicere in confessione, tactu alterius mollitiem commissi; vel pollutus sum tangendo alterum impudicè? Ex part. 7. tract. 7. Ref. 52.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Hieronymus Llamas *in summa, part. 3. cap. 8. §. 1.* Sed contraria sententia mihi placet; nam, vt impletur fatetur, hæc circumstantia non mutat speciem: & idèd in tali casu existimo, satis esse dicere: Tactu alterius mollitiem commissi; vel, Pollutus sum, tangendo alterum impudicè. Et ita sensisse quendam virum doctum testatur *loc. cit. Llamas.*

RESOL. CXLI.

An mollities consummata cum puero inter speciem? Ex part. 7. tract. 12. & Misc. 3. Ref. 32. aliàs 37. §. 1. Affirma